

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicitia k  
cum fonte primo

Non enim propterea  
debes amare amicum  
ut aliquid tibi prestat,

ut pecuniam  
uel aliquid commodi temporalis;  
non illum amas sed id quod tibi prestat.  
Amicus gratis amandus propter se non  
propter aliquid. Si autem te cohortatur  
amicicie regula ut gratis diligas, quam gratis  
amandus est Deus qui iubet ut hominem  
diligas? Nichil delectabilius Deo.

Augustinus ibidem (in quodam sermone).

Non enim propterea  
debes habere amicum vel amare,  
ut aliquid tibi praestet:  
si propterea illum amas,  
ut praestet tibi vel pecuniam,  
vel aliquod commodum temporale,  
non illum amas, sed illud quod praestat.  
Amicus gratis amandus est, propter sese, non  
propter aliud. Si hominem te hortatur  
amicitiae regula ut gratis diligas, quam gratis  
amandus est deus, qui iubet ut hominem  
diligas? Nichil delectabilius deo.

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, 21.4  
(CCSL 103, G. Morin ed., p.96).